

& sectas, sola excepta Evangelico-Lutherana, possint ferre ac tolerare, mirum non est, quod Calviniano-Reformatam longe praeferant nostrae Ecclesiae puriori. Quare etiam susceptam a Zwinglio & Calvino in Helvetia Reformationem longe sanctiorem & praestantiorem, nostra Lutheri esse putant. *Der im Göttlichen entbrannte Christliche Elias p. 27. sic judicare non veretur: Die Wahrheit zu bekennen, so haben die Reformirten etwas tieffer, als die Lutheraner. Quod praejudicium, & falso praesuppositum CHRISTIANO THOMASIO forsan occasionem dedit, ut Lutheri Reformationem a Zwinglio & Calvino fuisse impeditam, ex praeconcepta opinione negaret & pernegaret. Cum enim illustris PUFENDORFIVS, aequissimus rerum aestimator, cum aliis ex invictis rationibus historicis, ac moralibus in Monzambano de Statu Imperii germanici cap. ult. & in Considerationibus de Hierarchia Sedis Romanae edit. germ. p. 198. hanc sententiam demonstrarit, Commentator ejus, idem THOMASIVS, in Annotationibus adjectis, hoc ipsum nullo niti fundamento existimat: dicit autem: Wir wolten nicht haben, daß die Reformirten des Lutheri und der Unsrigen Fehler zeigen, und die Schuld der Uneinigkeit auff uns schieben sollen, und dennoch vergäßen wir dieser Erinnerung auf unserer Seite, und schiebten die Schuld auf die Reformirten, quod p. 199. hunc in modum defendere studet: Wenn die Lutherische Manier zu reformiren ja klüger gewesen, so solte die Unklugheit Zwinglii und Calvini den Fortgang mehr befördert als gehindert haben, geschweige denn, daß sie eine Ursache, wodurch dem Fortgang der Evangelischen Religion wäre Einhalt geschehen, ausgegeben werden könne, & p. 201. Es sey keine vernünfftige Ursache vorhanden, die man anführen könne, warum Zwinglius selben Weg folgen sollen und müssen, so wenig als wenn man Lutherum hätte verbinden wollen, er solle und müsse den Weg folgen, den Jobann Hus vor ihm gegangen, und dürffe nicht einen Fuß weiter gehen,*

S. II.